

**Dissertatio medica inauguralis, de animo demisso ... / eruditorum examini
subjicit Caspar Wistar.**

Contributors

Wistar, Caspar, 1761-1818.
Lister, Dr
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, 1786.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/mrqwb72f>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE ANIMO DEMISSO.

QUAM,

8

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subijcit

CASPAR WISTAR, M. B.

PENNSYLVANIENSIS,

SOCIETATIS NATURÆ STUDIOS. EDIN.

NEC NON

SOCIETATIS REG. MED. EDIN. PRÆSES ANNUUS.

The spirit of a man will sustain his infirmity; but a
wounded spirit who can bear!

SOLOMON.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXVI.



Dr Lister

with most respectful
Compliments —
from his friend
A. Wistar

BENJAMINI FRANKLIN, L.L.D.

SENATUS PENNSYLVANIENSIS PRÆSIDI,

VIRO SUMMO, CIVI OPTIMO,

PHILOSOPHO EXIMIO,

DE SCIENTIIS, DE PATRIA,

DEQUE GENERE HUMANO,

EGREGIE MERITO;

BENJAMIN FRANKLIN, L.L.D.

SENATUS PENNSYLVANICUS PRÆSIDI

VIRO SUMMO, CIVI OPTIMO, R.F.D.

PHILOSOPHO EXIMO,

DE SCIENTIÆ ET PATRIÆ,

PROPE GENIUM HUMANAM,

IN RIGORIS DETECTO,

NEC NON,

GULIELMO CULLEN, M.D.

MEDICINÆ PRACTICÆ,

IN ACADEMIA EDINBURGENSI,

PROFESSORI DIGNISSIMO, CELEBERRIMO,

MEDICO REGIO APUD SCOTOS PRIMARIO;

QUI

HEMIAM, PHYSIOLOGIAM, PATHOLOGIAM,

REM MEDICAMENTARIAM,

TOTAM DENIQUE REM MEDICAM,

ELICITER EXCOLUIT, ORNAVIT, PROVEXIT;

OPUSCULUM HOC

SUMMA QUA FIERI POTEST OBSERVANTIA

INSCRIBIT

A U C T O R.

NEW YORK

CARLETON C. CULLEN, M.D.

MEDICINE PRACTICE

IN ACADEMIA EDINBURGHENSIS

PROFESSORI DIGNISSIMO, CELLERARIO

MEDICO REGIO ANTOECOTOS PRIMARIO

QUI

SEMEL, PHYSIOLOGIAM, PATHOLOGIAM

REM MEDICAMENTARIAM

TOTAM DENIQUE REM MEDICAM

PERITUS EXCOLUIT, PERNAUIT, PROXIMIT

IN DISCIPLINA

ANIMA QUA FERTILIT OBSERVANTIA

INSCRIBIT

A. U. S. T. O. R.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

ANIMO DEMISSO.

PROŒMIUM.

CONSTAT inter omnes, alacrem animum maxime rerum omnium humanarum esse expetendum, nullumque, e contrario, malum magis quam animum demissum esse extimescendum: quod cum ita sit, hominum tamen tristium, qui magno sæpe animi dolore affici videntur, minore plerumque mansuetudine atque misericordia commovetur genus humanum, quam multorum aliorum, quorum dolores, utpote proprii corpori multo leviores esse agnoscuntur. Cum enim hac ani-

†

a

rant

rant causas, unde ille proficisci non posse videatur, et dolorem et doloris causas pariter esse vana, vulgo existimatur.

Potest vero aeger solus de magnitudine doloris sui certo statuere. Spectantibus licet tantum de eo conjectare, iis ex rebus quas prae se ferunt mores vultusque aegrotantis. Si iudicium nostrum de doloribus demisso animo laborantium iis rebus subnitatur, erit nobis haud dubie causa statuendi tantum eos percipere doloris, ex rebus levissimis, quasque ipsi nequeant explicare, quantum alii ex gravissimis quas acceperint calamitatibus. Hoc si concedatur, magnum momentum rei propositae excusatio mihi erit de animi demissi natura fusius differendi; quam rem ita fore confisus ad inceptum capitulatim persequendum progredior.

Primumque, Ad usitata maxime atque consuetissima quaeque enumeranda signa ejus animi affectionis, ex qua is demissus esse dicitur.

Secundum, Ad quasdam proponendas conjecturas de ea animi conditione, unde ea signa proficiscuntur, de eoque modo, quo haec sit a quadam alia animi conditione dijudicanda, quicum ea solet aliquando confundi.

Tertium, Ad demonstrandum hanc animi affectionem e quadam corporis conditione pendere, et ad eum utique corporis habitum investigandum, unde ea consuevit oriri.

Quartum,

Quartum, Ad considerandum quantum hujusmodi affectio conferat ad alios in aliis hominibus conformandos mores.

Quintum, Ad agendum de ratione medendi.

Et ut ratio de re proposita differendi, illustrior fiat magisque perspicua, hunc ordinem rerum subjiciam.

C A P U T

C A P U T I.

	Page
De signis Animi demissi.	I
§ 1. <i>De Taciturnitate non voluntaria</i>	I
§ 2. <i>De Animi demissione spontanea</i>	2
§ 3. <i>De proclivitate ad complures animi agitationes</i>	3
§ 4. <i>Proclivitas ad res cujusdam generis cogitandas</i>	4

C A P U T II.

Conjecturae quaedam de ea animi conditi-
one unde hujusmodi signa proficiscuntur,
de eoque modo quo haec sit a quadam
alia animi conditione dijudicanda, quâ-
cum ea solet aliquando confundi. 6

P A R S P R I M A.

Difficultates investigandae causae. A. B. C. D.

§ 1. *Con-*

	Page
§ 1. <i>Conjecturae de Taciturnitate.</i>	7
§ 2. ——— <i>de spontanea animi demissione.</i>	
§ 3. ——— <i>de ingenio mutabili aliquorum qui animo demisso sunt obnoxii.</i>	9
§ 3. ——— <i>cur homines animo demisso res tristes perpetuo cogitent.</i>	13
§ 5. ——— <i>de causa solitudinis eorum de sua valetudine.</i>	14

P A R S S E C U N D A.

Discrimen inter animi demissionem atque insaniam	15
--	----

C A P U T III.

Conatus demonstrare has animi affectiones e quodam pendere statu corporis. In hunc statum corporis inquisitio.	17
--	----

P A R S P R I M A.

	Page
De effectu vini aliorumque ejusmodi stimulorum	17
§ 1. <i>De</i>	

	Page
§ 1. <i>De hominibus pari modo sese habentibus quo se habent taciturni.</i>	18
§ 2. <i>De hominibus tristitia degravatis.</i>	19
§ 3. <i>Ex his effectibus conclusio, eum animi statum, qui tristitiae nomine appellatur e quadam pendere conditione corporis.</i>	20
§ 4. <i>Cum animi affectus, crebrius excitati, proclivitatem efficiunt ad animi eosdem affectus motusque, hanc rem ex affecto corpore proficisci.</i>	Ibid.
§ 5. <i>Statum corporis, qui eo spectat ut similem afferat proclivitatem ad animi affectus motusque, effici posse, sine interventu affectuum motuumve.</i>	21

P A R S S E C U N D A.

Inquisitio in proprium statum corporis ita affecti.	22
§ 1. <i>Cerebrum pars est affecta, idque in statu diminutae incitationis est, ubi ea adsunt signa.</i>	Ibid.
2. <i>Tristitia apparet in valde diversis atque etiam contrariis corporis statibus; et quamvis cum generali debilitate et temperamento melancholico crebrius conjuncta, neutri tamen est propria.</i>	23
§ 3. <i>Incitatio cerebri, quatenus ad cogitandum pertinet, diversa potest esse ab incitatione reliqui corporis.</i>	24
§ 4. <i>In-</i>	

Page

- § 4. *Incitatio cerebri hoc in loco saepe diversa est ab incitatione reliqui corporis.* 25
- § 5. *Adhibita doctrina incitationis cerebri propriae ad id explicandum, quam ob rem se ostendat tristitia in diversis corporis statibus* 26

C A P U T IV.

Vis tristitiae ad alios aliorum conformandos mores. 27

C A P U T V.

- Ratio Medendi 30
- § 1. *Ratio administrandi homines tristes* 31
- § 2. *Ratio commutandi ejus status corporis quo opportuni fiunt huic animi demissioni* 38
- § 3. *De cavendo ne redeat hic animi status semel sublatus.* 39

C A P U T

1. In the first part of the book, the author discusses the general principles of the subject.

2. In the second part, he discusses the various methods of the subject.

3. In the third part, he discusses the various applications of the subject.

4. In the fourth part, he discusses the various results of the subject.

5. In the fifth part, he discusses the various conclusions of the subject.

6. In the sixth part, he discusses the various remarks of the subject.

7. In the seventh part, he discusses the various observations of the subject.

8. In the eighth part, he discusses the various considerations of the subject.

9. In the ninth part, he discusses the various reflections of the subject.

10. In the tenth part, he discusses the various speculations of the subject.

11. In the eleventh part, he discusses the various hypotheses of the subject.

12. In the twelfth part, he discusses the various conjectures of the subject.

13. In the thirteenth part, he discusses the various probabilities of the subject.

14. In the fourteenth part, he discusses the various chances of the subject.

15. In the fifteenth part, he discusses the various risks of the subject.

16. In the sixteenth part, he discusses the various dangers of the subject.

17. In the seventeenth part, he discusses the various perils of the subject.

18. In the eighteenth part, he discusses the various hazards of the subject.

19. In the nineteenth part, he discusses the various troubles of the subject.

20. In the twentieth part, he discusses the various difficulties of the subject.

21. In the twenty-first part, he discusses the various obstacles of the subject.

22. In the twenty-second part, he discusses the various hindrances of the subject.

23. In the twenty-third part, he discusses the various impediments of the subject.

24. In the twenty-fourth part, he discusses the various barriers of the subject.

25. In the twenty-fifth part, he discusses the various restrictions of the subject.

26. In the twenty-sixth part, he discusses the various limitations of the subject.

27. In the twenty-seventh part, he discusses the various constraints of the subject.

28. In the twenty-eighth part, he discusses the various conditions of the subject.

29. In the twenty-ninth part, he discusses the various requirements of the subject.

30. In the thirtieth part, he discusses the various necessities of the subject.

31. In the thirty-first part, he discusses the various wants of the subject.

32. In the thirty-second part, he discusses the various needs of the subject.

33. In the thirty-third part, he discusses the various desires of the subject.

34. In the thirty-fourth part, he discusses the various wishes of the subject.

35. In the thirty-fifth part, he discusses the various expectations of the subject.

C A P U T I.

TRISTITIA seu Animus demissus (Anglice *vapours*, seu *low spirits*), vox est latiore usurpata sensu, ad quandam animi conditionem indicandam, quae complures comitatur morbos, ut hypochondriacum, dyspepsiam, arthritidem atonicam, hysteriam, scorbutum, &c. et quae aliquando, etsi rarius, sine ullo alio morbi signo occurrit.

Haec animi conditio ut summi momenti signum, ab omnibus fere de iis rebus scriptoribus memorari consuevit, fufiusque de ea differtuerunt viri clari Sydenhamus, Whyttius, Cullenusque, ad quos hujus rei studiosos relegamus, quoniam ipsi breuitate instituti nostri circumscripti, quo minus eos plenius citemus prohibemur.

§ 1. Haec animi demissio longe alia in aliis est, et leviores quaedam mentis affectiones, quae minus solent attendi, hujus naturae mihi esse videntur. Harum una, quae ex levissimo forte genere tristitiae quod possit percipi, proficiscitur, est hebetudo ista quae obstat quo minus homines quibusdam temporibus colloqui cum suis possint, quantumvis ad id voluntate ferantur, et quantumlibet alias confabulari soleant. Haec taciturnitas haud voluntaria omnes prope quibusdam temporibus leviter afficit, dum alii creberrime degravantur, idque

usque adeo, ut pene stupore obruantur, alii rarius tamque leviter ea premuntur, ut vix possit sentiri. Qui hujusmodi taciturnitati sunt obnoxii, in id quod ei contrarium sit, crebrius currunt, quique nunc loqui omnino nequeunt, alias loquaciores sunt atque laetiores quam quivis alii.

Nonnunquam summo cum impetu ea ingruit, qui impetus accedit, deceditque repente. Crebrius mihi foeminas quam viros, omnes autem mortales, utriusque sexus, cujuscunque sint temperaturæ corporis, invadere videtur. Auferunt eam occupationes fere quaelibet, et quidquid animum permovet. Cum haec animi conditio in multis hominibus possit conspici, qui nulli alii mentis affectioni sunt opportuni, ea, quod ad eos attinet, signum morbi non potest appellari. Cum ea autem, in iis qui animo demisso esse solent, usitatius conspiciatur, cumque ejusmodi homines ea primum omnium afficiantur, quippe quae iis inferatur a dyspepsia, aliisque causis unde oriri soleat tristitia, cumque, iis sublatis causis, ea simul tollatur: Ea ipsa igitur, quantum ad ejusmodi homines spectat, meo judicio, est pro signo morbi habenda, et in plerisque rebus, cum nullum aliud signum sequitur, consuetudo aliquid agendi, atque occupationes, quibuscunque intendatur animus, quo minus ingruat tristitia obstant.

§ 2. Animadvertuntur complures, ad hanc taciturnitatem procliviores, post solitudinem crebrius suspirare, lacrymas effundere, multasque alias dolentis animi ede-

re notas, quarum rerum nemo eorum qui adfunt ullam potest afferre causam, et, si interrogentur ipsi, magno-
pere perturbati respondent, causasque afferunt, vel quae talia efficere omnino non posse videantur, vel quae multo ante sine ullo ejusmodi effectu exstiterint.

Sunt qui fateantur nescire se causas tristitiae suae explicare, et dum nolunt eam alicui tribuere tristiori rei de qua antea cogitaverant, pro signo eam morbi habeant; cum alii contra inde eam oriri existiment, quod adversam suam valetudinem, aut quasdam alias secum reputaverint calamitates.

Pars hac tristitia levantur, cum primum animus eorum alicui fuerit negotio intentus, vel colloquio; cum alios contra, omnibus in locis habeat infestos, propterea quod usque adeo ea sint degravati, ut nullam in rem possint animum intendere.

In hysteria hic animi status facile convertitur in contrarium, et in iis exemplis, quae sub dyspepsia a viro claro Culleno sunt adducta, eadem saepe fit commutatio; in multis autem aliis hypochondriasis exemplis, qualia ab eodem viro illustri usurpantur, cum viri tum foeminae tristitia vehementius degravati esse videntur, qua, propter diuturnitatem atque reditionum crebritatem, difficilius possunt relevari.

§ 3. Per varios hujus animi conditionis gradus maxima aegrotantem tenet pigritia, atque ad molestiam et metum proclivitas ex rebus levissimis, quae neminem alium sint laesurae. Nihil dignius memoria est mobili
eorum

eorum ingenio qui demisso sunt animo, quorum alia quando levitas tanta est, ut ad quidvis rei seriae aggrediendum percelli oratione nequeant. Cum primum enim consilium ceperint agendi, eos confestim incessunt timores varii atque sollicitudines; animus huc illuc in contrarias partes pari vehementia alternis vicibus rapitur, et in hac fluctuatione nullam rem possunt moliri, etsi desidia suae maximopere eos pigeat.

Dignum quoque memoria est, hac levibus ex causis ad molestiam proclivitate eos maxime teneri, qui placiditate antea atque facilitate ingenii eminuerint. Ea imprimis dyspepsiam comitatur, ubi male sese habet stomachus, ex quo perturbato plerumque ea proficisci videatur; idque in sanis etiam, ut cum incessit desiderium edendi.

§ 4. Sunt qui praeter hanc ad moerorem proclivitatem, perpetua rerum tristitiam afferentium meditatione distringi videantur, quae ex animis eorum nullo modo possit evelli; quamvis eos paulisper oblectet colloquium aliquidve aliud, subito tamen excipiunt rerum tristium cogitationes; fovet animus malorum memoriam praeteritorum, imaginem sibi effingit futurorum. Si quae rerum eorum privatarum in dubio sint positae, quidquid incommodi adversive eo pertinentis excogitari possit, animo eorum occurfat, et vehementes concitat metus, dum mirantur alii posse eos non solum tam longe inter

inter se diversa cogitare, sed ipsorum inter se conjunctionem tam ingeniose demonstrare.

*The prostrate soul beneath
A load of huge imagination heaves,
And all the horrors that the guilty feel
With anxious flutterings wake the guiltless breast.*

ARMSTRONG.

Vir fide dignus, qui demisso fuit animo prodiit foras oblectandi sui gratia; et cum in bibliopolae officinam venisset, ibi forte emit librum, quem in alterius bibliopolae officinam secum asportatum ibi deposuit, ut librum alterum inspiceret. Librum suum sublaturi antequam abiisset animum subiit cogitatio, ne iis quibus curae officina esset, veniret in suspensionem ex ipsorum aliquem libris auferri, tantusque ejus rei incessit mentem ejus timor, ut libro relicto abierit. Homini sano, si ibi adfuisset, nihil tale in mentem venisset, aut, si venisset, nullos ejusmodi metus concitasset. Discedunt plerumque isti metus una cum caeteris signis ex animo aegrotantis, cum primum is alicui negotio vel colloquio fuerit intentus. Sunt autem, qui eas difficultates vespere rideant, quibus mane fuerant perterriti.

CAPUT

CAPUT II.

Conjecturae quaedam de ea animi conditione, unde huiusmodi tristitiae signa proficiscuntur, de eoque modo, quo haec sit a quadam alia animi conditione, dijudicanda, quicum ea solet aliquando confundi.

PARS PRIMA.

HARUM rerum observatio eos non potest effugere, quotquot inter homines animi demissi versantur. Studentibus autem conditionem animi altius investigare, multae proponuntur difficultates, scilicet,

A. Genus humanum natura fertur ad rerum externarum observationem, non autem ad animum suum explorandum; etsi conscientia simus praediti, qualis a viro Cl. Culleno explicata est, conditio tamen nostri animi multum potest immutari, dum ipsi interim eam immutationem usque adeo non sentimus, ut causam ejus inquirere negligamus.

B. Cum hypochondriaci laborantes adeo degravantur, ut conditionem suam possint persentire, rem nullam possunt accurate attendere, ideoque suorum statum animorum nequeunt explicare. Hanc rem ut exemplo illustremus,

illustremus, Cheinius vir clarus, qui doloribus hujusmodi diu fuit affectus, quique, quid ipse in corpore suo senserit, enarravit, nihil aliud quam eorum dolorum praetermissa explicatione, facit mentionem, atque etiam Whyttius hac de re quam paucissimis absolvit.

C. Animi praeterea demissionem toties adferunt motus vel cogitationibus nostris, vel rebus externis excitati, ut quamlibet hujusmodi nostrorum conditionem animorum his causis tribuamus; atque ita, meo quidem judicio, rem ipsam saepe invertimus; quia tantum abest, ut animi demissio ex iis cogitationibus exoriatur, ut eas ipsas antecedit ea efficiatque.

D. Haec consuetudo status animorum nostrorum explicandi, adeo est generalis, ut multi, tristitiae suae causam interrogati, ficta respondeant, causasque ejus afferant, quas nunquam ipsi antea cogitaverant.

§ 1. Omnes alias igitur, quae hujus rei reddi possunt rationes, conjecturales esse oportet, et haud sine summa diffidentia innuere ausim, taciturnitatem eam quae praeter voluntatem fieri solet, posse forsan ex alia conditione animi explicari, quae huic similis esse videatur, etsi a causa longe alia exoriatur. Cum animus rei alicui implicitae aliquandiu fuerit intentus, si quis intervenit qui observantia sit prosequendus, fastidium sentimus colloquendi; ac, tametsi quod prius non cogitamus, nulla diversi generis subit cogitatio.

Si qua de re ortus sit sermo, eam rem persequi nequimus, et, materiae colloquendi desiderio, quidquid adest, aspectamus;

aspectamus ; id quod antea cogitabamus ex animis nostris ejicere videmur, eo ipso tempore quo nullam aliam rem possumus cogitare ; adeoque dici vix possumus cogitare omnino.

Difficultas cogitandi obstare videtur, quo minus facile hic colloqui possumus, et cum tristium taciturnitas ex ejusdem generis difficultate colloquendi proficisci videatur, simile omnino veri est, laborare eos difficultate cogitandi. Quam rem ita se habere hoc indicio est, quod taciturnitas raro invadit postquam satis suppetiverit jucundarum cogitationum, aut moderata contigerit animi intentio.

Post solitudinem taediumve, vel studia inepta, haec animi conditio ingruit. Multi in coetu tacentium aliquamdiu versati, dum quo minus in absentiam animi incidant, seriem cogitationum perpetuari non sinunt, impotes fere omnino colloquendi tandem evadunt. Plerique, postquam animus in aliquid exile intuendum aliquamdiu fuit intentus, idque tam acriter ut series cogitationum nequeat procedere, hebetes fiunt, quibusque possint exhilarari indigent.

Una ex re diu meditanda eadem animi conditio sequitur. Judex quidam ejusmodi taciturnitati quae praeter voluntatem fieri solet opportunior, cum judiciis aliquot usitatis, quaeque minus acri animi intentione indigerent, praefuisset, vesperam laetius agere animadversus est ; postquam autem res quaedam controversae legitimae arbitrio ejus essent permissae, nequit collo-

qui

qui reliquamque vesperam moesto transegit silentio, etsi interessent laetiores complures juris periti.

In tribus exemplis proxime allatis factus est conatus, animi intendendi causa, consuetam cogitationum successionem impedire, qui continuatus eam animi conditionem efficere videtur in qua difficilis cogitationum successio est, ideoque difficultas colloquendi. Ubi taciturnitas sua sponte advenit, vel sine ulla quae potest adferri causa, omnino similis est ei taciturnitati, quae ratione modo memorata ingruerit, ideoque ex eadem impedita cogitationum successione pendere est existimanda.

Aliquando ab alio ad alium transferri videtur. Nemo non novit hoc modo tristem, si laetioribus intervernerit, universum coetum sui similem efficere. Haec res mirabilis, etsi statum animi non illustret, alicui erit usui, cum ad eas investigandas causas ex quibus haec animi conditio pendeat, fuerit perventum.

§ 2. Ubi aegrotantes animo doloris miseriaeque edunt signa, hoc modo affecti ex iis quas antea excogitaverant rebus esse existimantur. Dicitur nullam animi agitationem posse sine causa fieri; pariter autem verum est, ejusmodi aegros multum percipere doloris, cujus nullam possint rationem afferre. Lacrymantem vidi in Valetudinario Edinensi foeminam, quae constanter asseveravit ignorare se quare fleret, neque omnino posse in memoriam revocare, qua de re priusquam flere coeperit cogitasset. Foemina quaedam in Valetudinario

Pennsylvaniensi aegrotans, pari modo affecta, mihi dixit causam doloris sui ex eo esse profectum, quod vereretur ne filius suus qui modo exisset non rediret; rediit autem cum adhuc loqueretur; nihilominus tamen in lacrymis perstitit: et, cum iterum causam fletus rogassem, tandem non sine multa haesitantia et perturbatione respondit, deplorare se quod jam exarserat bellum.

Ut id exponam quod mihi in mentem venit de habitudine animi dum is hoc dolore, qui sua sponte oriri videtur, laborat, liceat mihi praemonere, aegritudinem animi, quotiescunque ex solitis doloris causis ea proficiscitur, in hominibus sanis restare, sublatiis causis, unde profecta sit. Si quem agitaverit mors fratris vel cari alicujus amici, permanet animus affectus, moresque aliquandiu dolorem exhibent, etiamsi aliquid aliud attendere oporteat. Haec habitudo animi, quod ad diurnitatem attinet, alia est in aliis, atque in iis qui perpetua experti sunt mala perpetua evadit; ut istiusmodi homines infraeto esse animo dici possint. Hanc semper comitatur summa ad dolorem proclivitas ex levissimis causis. Discrepat hic animi status ab agitatione, quamvis agitatio eum ipsum attulit. Eum credo sese in hominibus qui demisso sunt animo ostendere; etiamsi neque aegritudo ulla, neque agitatio antecessisse possit existimari, idque ob insequentes causas.

Ejusmodi homines, post solitudinem animique remissionem suspirare occipiunt, et usitata signa edere doloris et vultu et moribus, et ex levissimis causis fiunt agitabiles, etsi nihil accidit, quod dolore eos potuit afficere, neque

que sibi sunt conscii aliquid se triste cogitasse. Homines tales, atque multi praeterea pueri, opportunissimi esse moestitiae vel asperitati ob levissimas res animadvertuntur statim e somno experrecti. In priori autem horum exemplorum concedendum esse existimo, tristem animi habitudinem advenire sine ulla praecedente agitatione vel aegritudine; quia fieri nequit, ut ultralibet harum causarum in animi cujusvis fani esse potuerit, sine sua ipsius conscientia. Quod ad exemplum posterius attinet, dici potest, cum summa sit ad dolorem proclivitas, esse etiam tristem animi habitudinem (haec enim proclivitas semper vel minor, vel major est, pro tristi animi habitu) et cum, statim post somnum, is dolor invadat, nemo certe affirmabit, exortum eum esse ex aliqua re incommoda vel meditatione tristi. In his igitur, quae allata sunt exemplis, demissam habitudinem animi ex aliqua alia causa exoriri arbitramur; et cum talis animi demissio, qualis agitationes doloris insequitur, ex ea habitudine corporis, quam hujusmodi attulerint agitationes, pendere videatur, ita animo concipi potest eam quae ultro fit animi demissionem ex habitudine corporis oriri, quae sine ulla praecedente doloris agitatione, vel aegritudine animi advenerit, quaeque eorum propria sit, qui huic animi demissioni sunt opportuni. In insequente hujus opusculi parte demonstrare conabimur, habitum animi ab iis causis pariter effici quae eo solum spectant, ut habitum corporis immutent.

Ex hoc animi habitu ita effecto, atque ex taciturnitate supra memorata, maxima pars rerum singularium

quae

quae in ingeniis aegro animo laborantium conspiciuntur, mihi proficisci videtur. Pro varia constitutione habituque * corporis varius est. In temperatura melancholica, multo diutius manet et difficilius removetur. Ex aliis temperaturis non solum facile amovetur, sed eum saepe insequitur status ei contrarius †. Temperaturae variae eodem modo, quod ad hanc quae sua sponte advenit demissionem animi attinet, discrepare videntur, quo in ea aegritudine animi quae ex rerum tristium et incommodarum meditatione proficiscitur. In hoc enim exemplo posteriore variat spatium aegritudinis ut in priore. Diuturnitas ejus in temperatura melancholica iis potest tribui causis, ex quibus animi constantia generalis proficiscitur.

§ 3. Si quando facile amovetur hic status, sequiturque alius ei contrarius, id in iis fere fieri solet quorum animi sunt maxime irritabiles, qui plerumque sunt laetiores, quos erigunt laudes amicorum, quos autem frangunt vituperia. Irritabili huic animi conditioni tribuenda est ista morum asperitas quae in aegritudine animi laborantibus conspicitur, et provideri quidem id potest quod vere accidit, eos qui cum valerent placidis essent moribus, hac irritatione affectos asperiores esse evasuros. Quo proclivior enim animus est ad jucundas agita-

* Vide First Lines of the Practice of Physic, § 1225.

† Ibid. § 1227 ad 1231.

agitationes ex levibus causis cum viget, eo magis degravabitur injucundis cum languet.

§ 4. Ex hac demissa mentis habitudine fieri solet, ut hypochondriaci laborantes fere semper res tristes meditentur. A viris enim cl. Culleno Homioque observatum est, 'Non voluntatem unicam, quo minus series cogitationum per infinitos fere nexus continuetur obfistere: Multum ex praesenti habitudine pendet animi; omnis enim perplacet materia cogitandi huic habitudini accommodata. In alacriore statu animi jucunda materia colloquendi, vel ex minima sese connexionione infert, nec minus in tristiore injucunda. In ejusmodi hominibus similitudo cogitationum videtur earum confociationis esse principium, resque tristes alias suppeditat ex aliis, quantumvis, quod ad alia spectat, dissociatas, dum connexio temporis atque loci, causae atque effectus, in animum non potest invehere argumentum diversi generis.' Praeclarum illud quod a Priestleio † memoratum est ad demonstrandum quibus modis connectantur inter se res diversae, indicio est, animum, quando dolore afficitur, non solum a re una acrumnosa ad aliam penitus diversam transire, sed ab omni imagine a dolore aliena abhorrere.

Nam

* A viro eruditissimo Henrico Homio uno ex xv. viris iuridicundo apud Scotos praepositis.

† Priestley's edition of Hartley.

Nam cum unus eorum qui rebus Caroli Primi Regis Britannorum favebant, in coetu moerentium amicorum, quantum valeret denarius Romanus rogasset, perculsi manifeste sunt qui aderant, ideo quod abhorreret animus eorum in tali dolore ab omni re quae ab eo esset sejuncta; dum similitudo quaedam inter se rerum tristium animum ejus a rege ad beatum Servatorem nostrum abduceret.

§ 5. Attentissimi esse animadvertuntur aegro animo laborantes, ad suae statum valetudinis, omniaque quae ad eam pertinere videntur. Etsi tarda imaginum suarum successione homines temperaturae melancholicae procliviores ad quaecunque sentiunt attendenda efficiantur, quam sunt alii; tamen, nulla ejusmodi causa alata, tales homines in ea quae ipsi sentiunt esse intentiones, res est expectanda. Is enim habitus corporis qui animum demissum comitari solet, aegrum proclivorem reddit ad quaedam inusitata sentienda; eaque intentum habent animum, et saepe metum, vigente etiam animo, injiciunt. Vir clarus Whyttius mira quaedam de ventriculo suo expertus recenset, de pulsationibus abdominis, vesicae calore, repentinis ex calore suffusionibus subitisque frigoris accessionibus, per varias partes corporis, vertigine, clavo hysterico, caligine, &c. Haec signa, quanquam minus diuturna, possunt tamen animum aegrotantis ad suum ipsius corpus convertere.

CAPUT II.

PARS SECUNDA.

Discrimina inter animum demissum et insaniam.

ANIMI Demissio affectus habetur ejusdem fere ac infania generis, ideoque a multis praetermissa est. Qui autem ea animi demissione quae ultro invadit quam maxime degravantur, tam compotes videntur mentis, quam quilibet alii, quotiescunque saltem possunt incitari ad colloquendum, et nihilo potiore jure infani sunt existimandi, quam qui ulla vulgari laborant tristitia. Verum est vehementiores animi agitationes a viro claro Culleno * pro parte definitionis maniae haberi; sed ex eadem definitione, oportet quoque falsam inesse mentem; credo autem homines demissi animi tam longe ab ea mentis falsitate (sine qua infania esse non potest), quam quoslibet alios, abesse. Falsi hujus judicii ea sola fidem nobis possunt facere quae testimonio sensuum vel experientiae repugnant, quaeque igitur sunt absurda. Experientia nostra adeo discrepat ut alia in aliis sint absurda: exempli gratia, philosophum infano esse oportet animo cui fides possit fieri defectum lunae

* First Lines, § 1535.

lunae inde effici, quod interponatur manus cacodaemonis ad nitorem orbis lunaris obscurandum; hoc autem credit Indus quantumlibet fanus. Eodem modo multi timores inenarrabiles aegrorum animo, qualis, exempli gratia, eos incessit, cum animalia in ventriculo se credunt habere, qui ex morbidō suo sensu exoriuntur, etsi absurdi essent in medico, nihilo magis indicio sunt insanire homunculum tristitia depresso, quam defectui supra dicto habita fides insanum esse Indum demonstrat. Verum quidem est, aliquos tristitia affectos absurda quaedam credidisse, quae experientiae suae repugnarent oportet, velut vitreos se esse, aliaque talia. Haec autem melancholiae exempla haud demonstrant connexas esse inter se duas eas animi affectiones; quoniam verisimile omnino in iis est, tristi animo affectos mente eodem modo esse captos, quo capi potuissent alii, viz. animo suo nimis acriter in unam rem, scilicet in valetudinem suam, intendendo. Incessit aliquando insania una cum taciturnitate supra memorata; et, in quibusdam catalepticis ea videtur habitudo animi inesse, ut nulla sit imaginum successio*. Nihil autem inde certo statui potest, nisi maniam et catalepsi, quanquam diversos morbos, unum tamen signum habere cum tristitia commune.

CAPUT

* Halleri Elementa/

C A P U T III.

In quo conabimur demonstrare, primo, hanc animi affectionem e quodam pendere habitu corporis; et, 2do, eum utique corporis habitum investigare, unde consuevit ea oriri.

P A R S P R I M A.

EX iis quae de his animi affectionibus supra sunt dicta colligimus, pendere eas ex statu corporis. Cujus rei demonstrandae gratia, posse eas removeri contendimus, ac contrarium animi statum iis rebus invehi, quibus corpus solum potest agi, quaeque eo spectant, ut hilaritatem excitent, opio scilicet vinoque, et quam plurimis fortasse aliis medicamentis; et nemo inficiabitur hanc plerumque eorum usu effici solere. Piget quidem proprias eorum vires non satis accurate haecenus esse explicatas, quia ejusmodi explicatio ad rem de qua agitur illustrandam spectaret.

Tali praetermissa explicatione, quaedam comperitissima memorabo, ubi opium atque vinum eum statum animi, qui ei de quo diximus contrarius sit, efficiunt; ut confirmetur opinio, hos animi affectus ex statu corporis pendere.

†

C

§ I.

§ 1. Si quem domi, seu coeli intemperie, sive qua alia necessitate, detentum, oppresserit solitudo atque remissio animi, ei post aliquantulum temporis obrepet taedium; etsi nullae tristes subeant cogitationes, tamen vacuitatem animi sentit, materiam cogitandi desiderat, tempus tardiuscule progredi videtur, et, si in hoc statu diutius permanferit, parum aberit quin mortem sibi sit consciturus. Si hic idem, ita se rebus habentibus, opium sumpserit vinumve, inclusione sua contentus evadit, nihilo diutius de quo cogitet desiderat; sexcenta enim antea incogitata animum invadunt agitantque.

Vacui negotiis eosdem languores ex desiderio materiae cogitandi saepe experiuntur, eosque eodem modo agitant opium vinumque; et hinc quotidianus nimiusque harum rerum explicandus est usus: quamvis enim saepe ad sensus doloris tollendos vel interpellandos, adhibeantur, plerumque tamen adhiberi solent, cum istiusmodi sensus neque adsunt, neque adesse existimantur.

Si in taciturnitate adhibeantur, id pondus amoliri videntur quod aegrotantem tantopere degravabat, animum ejus expediunt, atque ibi etiam ubi agilitatem animi non augent, taedium tamen remonent quod ex taciturnitate proficisci videatur*.

§ 2.

* Taciturnitatem non semper amonent. Quendam enim vidi, qui ad istiusmodi affectionem natura fuit proclivior, complures horas continuas liberius potantem, qui se tamen ex taciturnitate non receperit; aliisque audiivi eodem modo affectum, qui ebrius sit factus nulla praecedente hilaritate.

§ 2. Efficitur non solum facilis celerisque imaginum successio earum rerum usu atque viribus, sed inde existunt quoque in animo imagines diversi generis. Cum homines valentes tantam eorum vim sumunt, quanta ad totum corpus (extra tamen delirium) permovendum est necessaria, augetur non solum vigor ille quo animus muneribus suis fungitur, sed innascitur blanda spes, animus contemplatione rerum secundarum sese fovet, ab adversarum abhorret, difficilia averfatur, aut, si ultro se offerunt, imago difficultatis evanescit. Ubi opium excitat delirium, jucundis rebus agendis interesse, alacres agilesque alloqui videmur. Delirium quod ex vino adhibito oritur, animum magis agitat, neque tam exhilaratio id est, quatenus possumus attendere, quam ejusmodi animi status qui dolori omnino contrarius sit, quemque celeris successio imaginum comitetur.

Ubi homines depressi magnitudine rerum incommodarum haec doloris sui remedia adhibent, animi eorum ad res alio spectantes convertuntur, et aliquantisper miseriarum obliviscuntur, aut de iis si ad id alliciantur sine dolore colloquuntur.

Struck by the powerful charm, the gloom dissolves

In empty air ; Elysium opens round.

A pleasing phrenzy buoys the enlightened soul,

And sanguine hopes dispel your fleeting care ;

And what was difficult, and what was dire,

Yields to your prowess and superior stars :

The

*The happiest you of all that ere were mad,
Or are, or shall be, could this folly last.*

ARMSTRONG.

Quamvis ebrii dolore aliquando afficiuntur, atque etiam in lacrymas effunduntur, eae tamen cogitationes haud diu permanent, tantumque abest ut diuturni eas subsequantur dolores, ut animus brevi post ad agitationes contrarias feratur.

Opium aliquando somnia horrenda afferre fatendum est; hoc vero raro accidit, et e corpore vi opii quodammodo perturbato pendere videtur, et tum etiam excitata vis animi successione imaginum ab eo acceleratam esse demonstrat.

§ 3. Nemo dubitabit quin vinum opiumque eatenus tantum animum moveant, quatenus corpus prius moverunt; et quoniam taciturnitatem et tristitiam amovent, atque alacritatem animi adferunt, inde statui potest, eas omnes animi habitudines ex aliqua corporis habitudine pendere. Manente harum rerum vi stimulatrice, verosimile est, statum animi adesse, qui spontaneae animi demissioni supra memoratae omnino sit contrarius, et, hoc manente statu, animum ab alia ad aliam rem laetam transire, ad agitationes jucundas tam esse proclivem quam antea ad injucundas.

§ 4. Ut confirmetur haec opinio, proclivitatem ad agitationes ex statu corporis pendere, huc adducere licet
judicium

judicium Hutchesoni viri clari *, qui credit temperamentum corporis nostri inde posse afferri, si crebrius permoveatur ira, laetitia, amore, aut dolore, et hujus temperaturae diuturnitate procliviores effici homines ad eas animi perturbationes in posterum; et postquam dixit, omnibus fere rebus nos post iram consuevisse incitari, omnesque post laetitiam injurias negligere; hoc quoque adjicit (p. 27.) quia forte corpora nostra non facile eos motus recipiunt, qui ad aerumnosos irae sensus excitandos a natura sunt comparati.

§ 5. Experimentis etiam comprobatum est, hunc corporis habitum oboriri posse, praecedentibus neque affectibus animi neque agitationibus.

Campanella, qui de moribus e vultu statuere solebat, animum suum ex imitandis hominum diversorum gestibus singulari modo affectum sentiebat, et ex hac re ingenium ejus quem imitaretur conjectabat. Ait vir admodum Honorandus Burkius†, imitando se vultu perterritorum, audacium, iratorum, aut placidorum, animum suum magno impetu sensisse ferri ad eum affectum cujus speciem imitari studeret, et difficile esse existimat affectum ipsum, post gestus cum eo conjunctos imitandos, evitare. Hinc quoque statuit, vinum opiumque hinc agere, quod habitudinem corporis afferant ei contrariam quae ab his affectibus efficiatur. Statuendum igitur omnino est, res jucundas, propter quas excitant agitationes, quendam statum corporis adferre, unde ea oritur
animi

* Hutcheson on the passions.

† Vid. Burke on the sublime and beautiful.

animi conditio, quae hilaritas vocitari consuevit; injunctas autem, corpore permovendo, eum statum animi efficere qui tristitia solet appellari; has corporis conditiones supervenire, cum nullae quae eas possent adferre antecesserint causae animo tantum movendo, uti postsumptum vinum opiumque, et degravante tristitia; has, cum adfunt, eos motus tam facile recipere, qui agitationes quasdam animique affectus comitantur, ut haec agitationes affectusque vel levissimis rebus excitentur; tantumque abesse ut eos illae motus recipiant, qui cum contrariis agitationibus animique affectibus sunt conjuncti, ut istae agitationes animique affectus vel omnino excitari non possint, vel, si excitentur, minus sint diuturna.

C A P I T U L U M III.

P A R S A L T E R A.

Quaedam de investigatione ejus corporis habitus unde oriri consuevit demissio animi.

§ I. SUPERVACANEUM esset probare eam corporis partem, cujus variae conditiones animum ita afficiunt, cerebrum esse; et ex diversarum natura causarum quae taciturnitatem adferre consueverunt, et ex natura stimu-
lante

lante earum rerum, quae eos animi affectus summovent; pariter abs re alienum esset demonstrare, statum ejus organi qui hoc efficit *diminutam esse incitationem*, (Vide, Culleni Physiologiae sectionem 128.), voce incitatione eo sensu usurpata, quae in sect. 130. ejusdem operis definita est.

§ 2. Generalem explorantibus statum corporis, qui hunc cerebri statum comitantur, magnae obstant difficultates. Rem leviter attendentibus, generalis esse debilitas videtur. Tristitia autem eos nonnunquam premere animadvertitur, qui magno sunt robore corporis praediti, et raro in hydrope, ubi magnus est languor, potest conspici. Multique omnia debilitatis genera sunt experti, qui inter sanam valetudinem atque mortem intercedunt, hujus animi tristitiae omnino expertes. Si consideretur animi tristitia, nulla, neque diuturnitatis ejus, neque difficultatis, vel facilitatis, qua potest submoveri, habita ratione, temperaturae ea melancholicae propria esse, haudquaquam potest existimari. Tristitiam enim adferunt arthritis atonica, hysteria, aliique morbi in omnis corporibus temperaturae. Tristitia, multo magis cum perturbato quodam ventriculi et intestinorum statu, quam cum quavis generali totius corporis conditione conjuncta esse videtur. Quoniam autem alii dyspepsia affecti, tristitiae omnino sunt expertes, alii vero hac depreffi dyspepsia omnino sunt vacui, ex perturbato ventriculi statu, necessario existere, non est existimanda.

Ex

§ 3. Ex iis igitur rebus, et ex eo praecipue quod in iis se ostendit qui viribus ac firmitudine corporis praeclunt, concludere licet, cerebri incitationem tantopere posse imminui, ut ejusmodi animi effectus possit recipere, etiam cum munera quibus fungitur corpus, diminutionem incitationis nullam indicant. In virum praeclarum nuper incidi, qui adeo demisso esset animo, ut cum familiaribus etiam suis non posset colloqui, quique complures permaneret horas magno affectus dolore, cujus nullam poterat afferre rationem. Pulsus igitur arteriarum attentissime exploravi, nequii autem sentire multo eum tardiores esse debilioresve solito.

Eundem virum paucis post diebus laetissimum offendi, iterumque pulsus attigi, qui in eodem statu quo prius usque adeo esse videbatur, ut nullum sentire possem discrimen.

Hanc incitationis cerebri differentiam, quatenus ad diversas spectat functiones in quibus versatur, verbis clari Culleni hic subjiciam.

‘How the energy of the brain may be in different degrees of force with respect to the different animal, vital, and natural functions, I cannot pretend to explain; but it is sufficiently evident, in fact, that the brain may be in a different state with respect to these functions at one and the same time.

‘Thus, in inflammatory diseases, when, by a stimulus applied to the brain, the force of the vital functions is preternaturally increased, that of the animal is either
little

little changed, or considerably diminished. On the contrary, in many cases of mania, the force of the animal functions depending always upon the brain, is prodigiously increased, while the state of the vital function in the heart is very little, or not at all changed *.

Constat posse esse differentiam in incitatione cerebri, non solum quod ad diversas attinet functiones, sed etiam ad diversas functionum animalium partes. Cum enim aliquae functionum animalium imbecillitate fere impediuntur, operationes mentis strenue aliquando peraguntur. Non desunt exempla phthisi languescientium, qui adeo debilitate sunt confecti, ut capita eo ipso tempore non potuerint erigere, quo colloqui prudenter valuerint. Ediderunt alii signa acerrimae atque sanissimae mentis, sublata etiam vi loquendi. Ex innumeris pene hujus rei exemplis, id quod a Vertot viro docto allatum est maxime ad rem attinet. Tradit Muleium Moluchum, morbo confectum, praelium in lectica fecisse, et, dum animam in eodem praelio efflaret, digitum labris imposuisse, quod signum suis esset mortis sua celandae.

§ 4. Hinc mihi deducendum esse videtur, cerebri incitationem, quod ad diversas etiam functionum animalium attinet partes, in diversis posse esse aliquando statibus eodem tempore; et cum reputamus cerebrum, quod ad cogitandum spectat, posse ipsa vi cogitandi incitari, et statum cogitandi multis externis perpetuo affici rebus quae corpus non afficiunt, verisimile fortasse potest videri, cerebri inci-

†

D

tationem,

* Vide Practice of Physic, § 1549.

tationem, quod ad cogitandum attinet, eodem *jaepe* discrepare tempore ab ea ejus incitatione, quae ad omnia alia corporis munera pertinet.

§ 5. Maximum numerum moerore animi laborantium generalis capit languor, et cerebrum communiter cum reliquo corpore affici est credendum. In generali ejus generis debilitate, qua restat firmitudo agilitasque animi, cerebrum fortasse diverso modo incitatum manet, qui modus vel ex natura excitante materiae cogitandi proficiscitur, vel ex aliqua alia causa. E contrario autem, cum animi tristitia in corporibus validis se ostendit, in quibus omnia alia bene obeuntur munera, animo potest concipi, statum incitationis diminutae eorum munerum esse proprium, quae cum natura cogitandi sunt conjuncta, statumque animi efficere, longe ab eo diversum qui a generali robore corporis erat expectandus.

Cum reputamus functionem cum cogitatione conjunctam multo posse cum languore peragi, atque etiam omnino (ut in somno) impediri, postquam corpus vino multum stimulaturn est; et contra, functiones cum cogitatione conjunctas multum posse excitari, dum caeterae functiones animales nullo modo augentur, facile, credo, concedetur, eum statum cerebri qui tristitiam efficere valet, in longe diversis vel etiam contrariis corporis conditionibus posse existere.

C A P U T

C A P U T IV

Quibus modis conferat animus demissus ad alios in aliis hominibus conformandos mores.

SIMILE est veri, causas quae eundem aegrum alium alias reddunt, eam diversitatem efficere ingenii, quae in diversis hominibus potest conspici; ideoque homines tantum plerumque inter se differunt, quanto plus minusve earum in iis insit animi affectionum de quibus egimus. Cum iis animi affectibus arctius connecti plane videntur mores timidorum, moerentium, et irritabilium, vel audacium, alacrium, et placidorum; et cum magnam multitudinem qualitatum animi inferiorum reputamus, quae ex his animi affectionibus pendere videntur *, haud fortasse ab simile veri videbitur, quaedam ex maximis inter mortales rebus gestis, humanae naturae seu decora seu turpia, ab iis animi affectionibus de quibus agimus, esse profecta.

Si multae esse videantur exceptiones, uti in hominibus quibusdam evenit, e. g. qui irritabiles sunt, et ad timorem procliviores, etsi ab iis quas adfert hypochondriasis affectionibus sint vacui, recordandum nobis est, eam proclivitatem pendere posse ex consuetudine rebus externis

* Vide Cl. Hutcheson, Hartley, Hume, Essays on the passions.

externis genita; quando enim quidam affectus crebro sunt excitati, et fuerunt diuturni, ipsi per se statum corporis efficiunt ad eos angores recipiendos accommodatum

Hoc modo credi potest hominem irritabilem esse atque ad metum propensio-rem, licet earum agitationum quae ab eodem statu corporis oriuntur, omnino sit expers. Ex hoc mutabili statu animi modo memorato, ista exoritur inconstantia levitasque ingenii ac morum, quam tam saepe conspiciamus, quaeque homines eosdem alias imprimis irritabiles alias placidissimos, clementissimosque efficere consuevit. Haec animi mobilitas, seu ad actiones contrarias propensio eosdem homines ad memoriam beneficii accepti retinendam, et ad leviculas irae excitationes, omnesque varias agitationes quae cum his conjunguntur, pariter efficit idoneos. Ad hunc animi statum referenda mihi esse videntur praeclara illa ingenia celeberrimorum virorum Sterne et Rousseau*; inde quoque hoc

* Credo quaedam facta viri celeberrimi Rousseau, ab usa communi alienissima, habitudini animi esse tribuenda haud ejus absummi de qua egimus. Abest tantum ut credam voluisse cum cum viro claro Davide Humio inimicitias suscipere, atque simulare acerbis sibi videri res quas memorat, ut persuasum mihi habeam, acerbissimas ei re vera complures earum existisse, quantumlibet leves aliis esse videantur; et cum semel, uti credo, venissent ei in mentem ejusmodi suspensiones, multa cum credidisse eo consilio esse facta, ut ipse laederetur, quae mente omnino contraria essent facta. Res quaedam, quae cum imprimis afficere solebat, afficit quanquam levius alios quoque spontaneae huic tristitiae opportunos, "obtusos sive acris oculorum intentio," quam rem graviter in Davide Humio est

hoc est explicandum, quod iidem homines quam maxime nefaria in se nunc admittunt scelera, nunc summae humanitatis atque benevolentiae edunt exempla.

Huc si objiciatur, nimis hinc videri animum pendere ex corpore, animadvertendum est complures res non inficiendas probare, multo magis affici animum a corpore, quam ex supra dictis potest colligi. Praeter exempla appetituum variorum, in quibus ex statu ventriculi aliorumque organorum, specialia excitantur desideria, Hydrophobia affecti memorari possunt, qui ex vulnere tam vehementi incitantur cupiditate omnes qui proximi sunt mordendi, ut obnitente licet enixissime ratione, coerceri ea non possit.

Possent ostendi alias animi qualitates ex diversis corporis statibus pariter pendere: Humilitatem imprimis superbiamque; nostrae ipsorum enim dignitatis existimatio non potest manere animo demisso; neque adsunt, in statu contrario, quae afferant humilitatem meditationes.

Hae

est conquestus*. Quodocunque homines duo alter in alterius oculos eodem tempore inspiciunt, mutuo credo eos permoveri. Huiusmodi homo duas res veras sentit; persuasum sibi habet, cum qui oculos ejus aspicat, de eo simul cogitare; novit quoque idem alteri de seipso esse persuasum; quae res injucundum omnibus reddit se mutuo aspicere, nisi cum colloquantur. Hominem animo demissum ibi statim incessit timor ne alter eum fastidiose adspiciat vel (ut Anglice dicitur) 'with an evil eye,' et ejusmodi suspicio origo mihi fuisse videtur dissidii ejus, quod inter viros claros Humium et Rousseau intercederet.

* Vide account of the dispute between Messrs Hume and Rousseau, page 52.

Hae res autem, quoniam differtatione medica locum habere non possunt, et quoniam longius jam ab incepto aberravimus, ad rem propositam jam redeundum atque agendum De Ratione Medendi.

C A P U T V.

R A T I O M E D E N D I.

IN levandis medendisve iis animi affectibus, variarum habenda est ratio causarum ex quibus illae pendent. Quibus corpus solum, animusve curae est, ii utrique pariter errant.

Primum omnium expedit omnes removeri veras causas anxietatis, inter quas adversa aegrotantis valetudo est attendenda. Cum ea quae istiusmodi aegrotantes sentiunt sint periculosa, non solum ex novitate sua, sed etiam dolore atque aegritudine sint reipsa plena, ab humanitate atque ratione alienum sit ea negligere; conari autem aegrotantibus persuadere falsa esse quae sentiunt absurdum sit. Cavendum autem est, ne metus aegrotantium nimia cura augeamus. Omnino igitur conveniet, qualis eorum valetudo sit, ipsis explicare; assentiri dolores eorum maxime esse graves; contendere autem, periculosos eos nequaquam esse, huiusque rei conari iis facere fidem, enumerando quam plurima exempla

pla hominum qui, post ejusmodi complurium annorum dolores, tandem omnino convaluerint.

Summo ufui futurum est, si assuefiat aegrotans habere demissum animum nihil aliud nisi signum infani corporis. Qui enim de demisso suo animo, ut de aliis ipsorum doloribus loquuntur, ei non succumbunt, sed ut hilaritatem recipiant nituntur; cum alii contra, hujus rei imperiti, tristitiae indulgendo, eandemque pudoris causa celando, eum ipsum augent morbum, quo velint levare.

RATIO MEDENDI *tribus modis est aestimanda.*

1. Quantum attinet ad tractationem aegrotantis, cum is demisso animo est.

2. Quantum spectat ad eum statum corporis immutandum, quo aegrotans ipse ejusmodi dolori obnoxius efficitur.

3. Quantum ad id spectat, quo possit caveri ne animi demissio semel levata denuo ingravescat.

§ 1. Quod ad tractandos homines attinet qui sunt demisso animo, haud inusitata res est breviter miseros ejusmodi commonefacere ut animo sint laeto; hoc autem nihil magis prodest quam hortari ut valeant. Hoc sibi usque adeo persuasum habuit Sydenhamius ut scribat, ‘ Et hic quidem miserorum quos depinximus animoque fractorum status est. Cui malo non citius remedium

medium adferet pertinax aliquod vel insolentissimi Stoici decretum, quam *οδονταλγίαν* praecaverit is, qui firmiter statuerit, se nullo modo permiffurum, ut dentes dolore pertententur *.

Altius igitur indaganda est ratio qua status hic animi possit immutari.

Ea animi demissio, quae ex dolore proficiscitur, lacrymis removetur, quae animum paulisper relevare videntur, donec iterum is excitetur, redeunte eadem causa, qua prius erat excitatus.

Opium vinumque, uti jam antea demonstratum est, hoc efficere consueverunt; ut et rerum variarum successio; locorum amoenorum oblectatio; celeris successio cogitationum quibuscunque modis excitentur, et, supra omnia, hilarium familiariumque colloquiorum condimenta.

Quod ad primam earum rationum attinet, scilicet, *lacrymas*, nullum novimus modum quo possint moveri, nisi si sponte profluunt.

Vinum atque opium, etsi potentia, cautius tamen sunt adhibenda; vim enim eorum, ut et omnium aliorum ejusmodi quae vi insueta excitantur, excipit remissio quaedam, qua aeger aegrior quam antea efficitur. Ubi animus maxime est demissus, ea possunt adhiberi, ut inde aegrotanti satis virium accedat ad alios modos aggreddiendos animi sui excitandi; summopere tamen cavendum, ne quod amplius uno tempore adhibeatur, quam

* Vide dissert. epistol. ad Gul. Cole.

quam quod ad eam rem efficiendam omnino fit necessarium; ne ex insequente atonia (quae eo magis ingrauescet, quo major fuit vis prioris medicamenti) aeger aegrior evadat. Quoniam autem vini usu animus minus relanguescit quam opii, et ejusmodi languores facilius auferuntur; ideo vinum est anteferendum. Semper tamen metuendum est, ne harum rerum usus aegrotanti in consuetudinem abeat, eique inde oboriatur desiderium; nam, nisi ad corporis exercitationem, aut aliquam intentionem animi decurratur, priusquam vis stimulans remiserit, tum magis necessario reiterandum erit medicamentum, quam prius fuit adhibendum, et haec necessitas eo magis augebitur, quo crebrius reiterabitur medicamen.

Celeris successio imaginum et intentio virium animi, ad hunc excitandum et conditionem tristitiae immutandam, a natura comparata esse videntur. Colloquia adferunt celerem imaginum successionem, atque plerumque quadam egent intentione animi; ideoque languorem ac dolorem, quae tristitiam comitantur, sublatura esse videntur; ut observatum sit *. ‘Querelas aegri
 ‘ non tam certum esse veri doloris signum, quam
 ‘ obtutum languentium; hominesque moestitiae obnox-
 ‘ ios, quibus cordi est immorari malis vitae humanae,
 ‘ tum facillime ex miseriis suis elabi, cum sunt maxime
 ‘ argumento suo intenti, et tum quodam modo oblecta-
 ‘ ri, cum in eo sunt occupati, ut homines esse infelices
 ‘ demonstrent.’

†

E

Ut

* Fergusson's essay on civil society.

Ut alliciantur tristes ad sermonem committendum, plus adhibendum est operae quam quod primo videtur esse necessarium. Jam antea observatum est, si quo animus peculiari quodam impetu incitatus fertur, eodem omnes cogitationes niti, praesenti animi conditioni accommodatas; eumque ipsum satis constat ab omnibus cogitationibus alio spectantibus abhorrere. Canit Horatius, 'Odisse tristes hilarem.' Hoc autem a claro viro Davide Humio in dubium devocatum est; quaedam tamen ad moestitiam attinentia eam rem confirmare videntur. Si quis moestus enim, tum, cum animo maxime est demisso, in coetum laetissimorum subito fuerit introductus, demissio animi augetur, minusque quam antea ferenda esse videtur: Propterea quod, uti credo, cum alios tanto laetiores videt, tristitiam suam eo magis sentit, eoque majore, ob id ipsum, afficitur dolore. Cujus rei utrum haecine sit vera causa, haud pro certo affirmaverim; res tamen ipsa haudquaquam est inficianda. Saepius videre est praefertim adolescentes cum adversa valetudine colluctantes, postquam soli aliquandiu sederint, si forte intervenerint complures laetiores, paulo post in lacrymas effundi.

Haud abfimile veri est, cum quis taciturnitate haud voluntaria, non etiam demissione animi afficitur, oblectari eum posse consuetudine hilariter colloquentium, licet ipse colloquii sit expers, et hoc forsitan modo, diversae poetae et philosophi sententiae possint inter se reconciliari. Et si consuetudo laetiorum id quod supra dictum est aliquando possit efficere, summo tamen usui futura

futura est, si cautius paulo adhibeatur; animus paulatim excitandus est, neque studendum ut hilaritas subito efficiatur.

Affectus quidam arthritide atonica aliquandiu inter laetiores versatus colloquii ipse expers, et impos, cum rogarent focii cur tristis esset; atque ad hilaritatem hortarentur, cum primum exiisset, comitante uno solum, qui eum placidius alloquebatur, coepit colloqui liberius, hilarisque est effectus.

Alienum esse existimo hujusmodi hominibus tristitiam suam memorari, aut potestatem iis fieri resciscendi moestitiam eorum ab aliis esse animadversam. Hoc enim si resciverint, aucturum est tristitiam, quoniam, si cui dicas tristem eum esse, tristior est evasurus. Pariter ineptum sit, si studeamus allicere hujusmodi homines ad confabulandum, leviuscula ista memorando, quae in principiis vulgarium colloquiorum saepe locum habent, ut de coelo, &c. Post leviuscula ejusmodi desiderantur, quae proxime dicamus, etiam cum maxime viget animus, et cum deficiunt cogitationes, aut aliae aliis fatis celeriter non succedunt, tacemus.

Hac ratione igitur ommissa, magis attinebit quaestiones moesto proponere de rebus sibi notissimis, quae longiore egeant responso; quanto longiorem persecutus fuerit orationem, tanto melius.

Conatus enim recordandi, intentioque animi quae ad persequendum colloquium est necessaria, multo magis eum excitabunt, quam si eadem ab aliis narrari audiat. Omnes enim magis excitantur, si dicant ipsi, quam si eadem

dem ab aliis dicantur; nam suo munere fungi necesse esse videtur ad singula excitanda humani corporis membra, et postquam aliquandiu in cogitando versati sumus, multo majore ferimur studio ad cogitandum. Continuato paulisper colloquio, et taciturnitas et tristitia abeunt, moestusque tam hilaris fit quam alij.

Observatum a quibusdam est, ejusmodi homines excitatos, ad magnam hilaritatem esse proniores. Hoc autem cavendum est. Sydenhamo observatum est, hilaritatem eorum tam videri obesse quam tristitiam. Hoc, uti mihi videtur, a nimia ejus violentia oportet profectum esse, eosque suspicor, qui nunc laetiore, nunc tristiore sunt animo, tristitiam sibi afferre alacritati nimium indulgendo.

Ubi non est quicum colloquaris, proximum est ut ea legas quae leviter sunt scripta, quaeque animum movent; colloquium autem semper est anteponendum, quia magis excitat, motumque eodem tempore recipit, qui ipse eo spectat, ut hunc statum animi amoveat.

Ea immutatio rerum externarum quae ambulando vel equitando effici solet, quatenus animum intendit, ejus statum potest simul immutare; si aegrotus autem hujus immutationis efficiendae gratia ambulaverit solus, periculum est ne quae circa sunt omittat negligatque; ideoque cum comitari debet aliquis qui animum ejus possit ad res varias quae sese offerunt dirigere, eumque ad colloquendum de iis rebus incitare.

Quaedam sunt res externae, quae animum humanum longe aliter quam quivis speret afficiunt. Hominis
moesti

moesti in urbe frequentiore versantis, turba ignotorum circumdati, qui nihil eum alloquuntur, tantum abest ut erigatur animus, ut is ipse contra hac re deprimatur, idque praeccipue, si nemo adest focius quicum colloquatur. Si animus aegrotantis ad res tristes meditandas impetu quodam ferri pertinaciter consuevit, primum omnium necessarium esse videtur interrumpere ordinem harum meditationum; quae res ut efficiatur, ibi erit collocandus aegrotus ubi animus ejus necessario intendetur. Eo consilio ille celeberrimus Cullenus equitationem ambulationi anteponendam esse existimat, quia ambulatio exigua tantum intentione animi eget, cum inter equitandum, contra, animus fere semper intenditur. Quaecunque actio in iisdem motibus sine ulla variatione repetendis versatur, brevi poterit peragi sine ulla fere animi intentione, vel tam exigua saltem, ut ne inde interpelletur series cogitationum (cujusmodi ars est tibialia necendi). Hujusmodi actio igitur parum prodest, cum quodvis opificii genus contra, quod tantum intentionis postulat, quantum ad ordinem cogitationum interrumpendum est necessarium, dum eodem tempore animus uni tantum rei est intentus, satis est per se ad tristitiam afferendam; ideoque a re alienum. Rectio equi dum vehimur, ut quae intentione animi egeat, non autem cogitationem interpellat, quaeque simul corpus exercitet, saluberrima est futura.

Hujusmodi ratione, animi demissio aliquantisper potest levare et moveri; summi autem momenti est eum immutari statum corporis quo ei obnoxii efficimur, aut, si
hoc

hoc fieri nequeat, ibi collocari aegrotum ubi aditus ad eum morbo regressuro quam difficillime pateat.

§ 2. Quod ad primam hujus rationis partem attinet, de hoc uno inter medicos convenisse videtur, seu morbum ex acida five acrimonia alkalina pendere existiment, five ex atra bile in sanguine, five ataxia fluidi nervosi, five irregulari actione viscerum, five sola remissione nervorum, exercitationem maximi esse momenti, quam rem confirmare suis quisque argumentis contenderunt.

Dilucide demonstratum esse videtur, ex ea felicitate qua in hoc vitio curando adhibetur exercitatio, atque etiam ex secunda pauperum labori assuetorum valetudine, exercitationem, si in ea perseveretur, ne is status quo tristitiae efficimur obnoxii adveniat, obstare; et, postquam advenerit, commutare. Stomachus perturbatus hunc statum corporis tam saepe adferre consuevit, ut omni in re ad ejus organi conditionem attentissimi esse debeamus; et, dum exercitatio eum una cum caeteris omnibus partibus corroborat, cavendi omnes sunt victus errores, quibus ei possit noceri. Si forte ingruerit dyspepsia, quam primum summovenda est; ea enim grassante, fieri non potest, ut aegrotans sanitatem suam recipiat.

Permulum interest quem ad modum adhibeatur exercitatio. Cum ambulat equitative aeger, nullo alio nisi ad id ipsum agendi consilio, plurimae imagines ingratæ

tae in animum ejus invadunt. Cum exercitationem remedii loco habet, morbi imago identidem animo ejus obversatur. Iter facere negotiorum causa, maxime est profuturum, atque etiam longiusculum perpetuum iter, quatenus id per se animi intendendi sui inservit, exercitationi domesticae anteferendum est. Ut efficiatur commutatio conditionis corporis, ejusmodi exercitationem oportet adhiberi, quae gravis appellari potest, et per complures menses continuari; quo gravior, modo ne debilitetur aegrotans, eo magis profectura est; ideoque, si animus pariter intentus posset haberi, diuturnum iter pedestre plus valiturum est quam equestre.

Labor victusque idoneus, si satis diu in iis perseveretur, eam magna ex parte corporis habitudinem sublatúra esse videntur, in qua morbus hic appareat, deinde ne is redeat summis viribus est enitendum.

§ 3. Hac de re observavit vir clarus Cullenus: ‘Whatever aversion to application of any kind may appear in hypochondriacs, there is nothing more pernicious to them, than absolute idleness or a vacancy from all earnest pursuit. It is owing to wealth admitting of indolence, and leading to the pursuit of transitory and unsatisfactory amusements, or to that of exhausting pleasures only, that the present times exhibit to us so many instances of hypochondriacism *.’ Praeclara haec observatio

* Vide First Lines, § 1246.

vatio (cujus veritas nemini in dubium ventura est) confirmabitur, si reputemus naturam hominis postulare, ut animus ejus enixe intendatur, mentemque humanam, dum in quovis incepto excogitando et perficiendo versatur, et dum impetu quodam ad rem propositam ad exitum perducendam fertur, tum maxime seipsam aperire videri, atque tum maxime se ipsa frui. Etsi nostra omnis felicitas posita esse videtur in iis, quas expetimus, rebus consequendis; paucis tamen minor obvenit, quam iis quibus quaecunque exoptant sine labore obtingunt. Feliciter hominibus, ait vir Cl. Fergussonus, eveniunt incitamenta agendi, seu expetatur voluptas, sive effugiat dolor. Plus profectura est strenuitas ejus celeritasque, quam quas quaerit voluptates, plusque obfuturus languor atque desidia, quam quos effugere vult dolores.

'Tis the great art of life to manage well

The restless mind.

Quite unemployed, against its own repose

It turns its fatal edge, and sharper pangs

Than what the body knows embitter life.

ARMSTRONG.

Si conatus quaerendi igitur, et non res quaesita, hominibus etiam sanis est revera utilis; si ex curarum vacatione tantum abest ut voluptatem, id quod vulgo putatur, percipiamus, ut summum animi dolorem ex ea ipsa sentiamus, hypochondriaci laborantium, qui tantopere sunt ad ejusmodi dolorem proni, animi maxime omnium

omnium sunt intendendi. Raro alias plus aegrotanti prodest medicus. Mors, quae communis mortalium fors est, omnibus est perferenda; si quis autem incuria medici morbo quo potuisset levare interierit, is id tantum praecepisse existimandus est, quod non potuerit vitare. Tristitia animi non necessario vitae hominum est addita, eoque magis morte est pertimescenda; ut interroget Solomon, aegrum animum quis pati possit?

Tueri atque conservare vitam, est certe laudandum; quicumque autem felicem ex infelici, atque ex miseriis intolerandis cooperto, beatum effecerit, is quidem summis videtur laudibus esse efferendus. Atque hoc hypochondriaci laborantibus praestare potest medicus, si rectam medendi rationem insistant. Definitione felicitatis omissa, potest dici eam conditionem animi, quae alienissima est a dolore, quippe quam comitentur et voluptates et alacritates, ita a natura dispersitam esse videri, ut subsidio sit inaequali caeterarum rerum distributioni quas expetit genus humanum; tantumque abesse, ut iis propria sit qui viribus ingenii artibusve ad comparandas opes accommodatis eluceant, ut multo crebrius ea possit in iis reperiri, qui neutra earum rerum emineant.

Quicumque viribus corporis ad quotidianum victum comparandum niti cogitur, eam labore atque intentione animi acquirit retinetque habitudinem corporis quae alacritatem animi afferre soleat, et lenibus sed perpetuis occupationibus eam arcet animi aegritudinem, quae minime humanarum omnium miserationum Solomoni perferenda esse videretur.

Ibi aegrotantem collocare, ubi invidendi sunt pauperes labori affueti, medici est. Aegro praecipere ut hilaris sit, nihilo magis attinet quam praecipere ut valeat. Si praecipiatur ut ambulet equitetve certum numerum millium passuum singulis diebus, imperfectum id ipsum futurum est remedium. Intendendus animus aeque ac corpus, et nisi proponatur aliquid incepti, quod oporteat perfici, intentionem subsequetur taedium. Debet medicus genus vitae aegrotantis considerare, et ad quodvis studium, quo possint simul exerceri cum animus ejus tum corpus, incitare.

Si quando hic morbus eos invadit, qui quotidiano labore famem tolerare coguntur, id tum solum accidere potest, cum industriae assuefieri desierint, aliisque morbis fuerint depositi: id solum igitur erit necessarium, incitari eos ut ad studia sua priora sese quam primum referant. Iis autem quibus, cum summa sua infelicitate, nullum rationi consentaneum certum est institutum agendi, cum nulla eos urgeat necessitas quotidiano labore victus sui quaeritandi, haudquaquam in promptu erit rem aliquam idoneam in quam animum intendant demonstrare. Conquiescere tamen prius non debet medicus, quam intentum esse aegrotantis animum in aliquam occupationum earum quas affert praesens rerum status, industria et scientia praecellens, certo comperiat, et innascatur cupiditas agendi; quae res, una cum crebris hominum prudentiorum colloquiis, ut arceatur proclivitas illa, de qua egimus, forsitan efficiet.

————— *Go seek the chearful haunts
 Of men, and mingle with the bustling crowd ;
 Lay schemes for wealth, or power or fame, the wish
 Of nobler minds, and push them night and day.
 Or join the caravan in quest of scenes
 New to your eyes and shifting every hour,
 Beyond the Alps, beyond the Appenines.*

ARMSTRONG.

Hoc facto, officium suum aegrotanti videtur praestitisse
 medicus. Si hujusmodi diligentia esset generalis, vul-
 tus plurimorum, qui quotidie nebulis moestitiaque ob-
 ducti conspiciuntur, tunc exsplenderent. Quorum
 species ac miseriae omnibus inter quos versantur sunt
 dolori, ii adeo mutarentur, ut felicitatem aliis possent
 impertire, multique mortales permultum cum volupta-
 tis tunc perciperent tum utilitatis iis ex opibus, quae
 dominos jam suos, propter desidiâ fastidiumque agen-
 di, quam maxime efficiunt miserabiles.

—————
 Perductis jam ad finem quae de natura et curatione
 animi demissi fuerant dicenda, enixe sunt ii orandi,
 quos haec perlegere non piguerit, ut quaecunque ani-
 madverterint five errata seu praetermissa, haec imperiti-
 ae nostrae atque difficultati rei propositae tribuant, et
 labores hos qualescunque nunc primum scribentis can-
 dore et indulgentia prosequantur. Perlibenter autem
 occasione

occasione utimur, per consuetudinem nobis oblata, quam maximas ex animo agendi gratias praeclaris illis viris quorum ex praeceptis quicquid habemus scientiae medicae, quantulumcunque hoc fit, hausimus; claris eruditisque Professoribus in academiis Pennsylvaniensi Edinenisque; viro admodum colendo Joanni Redman, M. D. Philadelphienfi, qui primus elementa rei medicae nobis tradidit; viro celeberrimo Joanni Jones, M. D. qui rem chirurgicam in collegio Novi Eboraci nuper est professus, cujus ex institutionibus saluberrimis, exemploque solerti uberrimum fructum utilitatemque perceptam perpetua retinebimus memoria; postremo, erudito meo jucundissimoque amico, viro claro Carolo Stuart, M. D. Edinenfi, propter magna quae ex consuetudine colloquiisque ejus percepimus commoda, quamdiu apud eum habitavimus, quorum maxima cum voluptate, gratissimoque animo ad extremam usque aetatem fovebimus memoriam.

F I N I S.

E R R A T A.

Pag. 8. lin. 6. *pro possumus lege possumus.*

25. 20. *pro sua lege suae.*

29. 6. *pro inficiendas lege inficiandas.*

37. penult. *pro moveri lege amoveri.*

36. ult. *dele ad.*

39. 5. *pro sui lege usui.*